Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Tractatulus artificioſe memorie
omnibus cuiuſcunq; etatis ſtudioſis admo-
dum vtilis et neceſſarius.

D P.
M I C

[stamp]

Cicero artis detractoribus.

Neq; verum eſt quod ab inertibus dicitur: opprimi memori-am imaginum pondere: & obſcurari etiam id quod per ſe na-tura teneri potuiſſet. Vidi ego ſummos homines: & diuina prope memoria Atheuis Carneadem in Aſia quē viuere ho-die aiunt. Sceptium Metrodorum: quor; vterq; tanq; litte-ris in cera: ſic ſe aiebat imaginibus in his locis: quos haberet que meminiſſe vellet preſcribere.

Libellus loquitur.

Qui me conſiderant, nō deſpiciant id quod non intelligunt/ quia ſcientia non habet inimicum niſi ignorantem.

A

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Jn laudem memorie artificioſe Hermanni Buſchij Monaſterienſis Epigramma.

Temporis vt longi ſpacio precepta teneri.
Et poſſint animo fixa ſedere tuo.
Hanc lege collectam memorandi gnauiter artem
Qua ſine iudicio mens hebet ipſa meo.
Hec eſt ingenij lumen cuſtoſqꝫ laboris
Erigit hec ſenſus intrepidoſqꝫ facit.
Nec tu contemnas Cicero quod voce diſerta
Comprobat: ⁊ verbis ornat vbiqꝫ ſuis.
Et quod Simonides ſeu Metrodorus (vt aiunt)
Jnuentum cura gaudeat eſſe ſua
Quod vel Ariſtoteles diuinum credere munus
Non dubitat: ſophie gloria prima ſacre.
Jn quo Carneades totis laudatus Athenis
Floruit: ⁊ Senece vis numeroſa fuit
Rhetoras hec firmat: iuuat ars hec iura volentem
Diſcere: vix aliud Pallas amauit opus.

Eberhardus Verberius Dantiſcus

auditor artificioſe memorie. M. Joannis Cuſani.

Simonidis cupiens inuentum noſcere lector
Aut Metrodori nobilis artis opus.
Hic duce Cuſano memorandi colligat artem:
Et feret ingenio commoda magna ſuo.

Tractatus de memoria artificioſa.

Sapientũ tradit auctoritas ⁊ ad experiendũ nos quottidiana cogit neceſſitas naturã ⁊ corporalẽ ⁊ ſpũalem arte iuuari: propter em̃ vite cõmoditatem tã varia artificia inuẽta ſunt: vt vbi natura deficiat opituleẽ artificiũ. Jta etiã memoriã ipſam que oĩs humane doctrine teca eſt ⁊ reſeruaculũ arte iuuari experimur. Nam poſt modicã aſſuefactionẽ memorie artificialis eiuſdẽ ſtudioſi mirabilia ⁊ quaſi impoſſibilia corã alijs facere poſſunt: hãc Seneca in ſe claruiſſe teſtaẽ nõ ſolũ quantũ ad vſum ſufficit ſed ꝙ in miraculũ vſqꝫ prodijt. Adiutorio em̃ eius in vna lectione magiſtri ſui duo milia terminoꝝ memorie cõmendauit quos lectione finita eo ordine quo dicti erãt ⁊ retrogado memoriter recitauit. Idẽ in ꝓlogo declamationũ ad iuuenes ſermonẽ dirigens ſic inquit: Hoc qd̃ in tantũ vobis mirũ videẽ nõ operoſa poteſt tradi arte. Jntra exiguũ pauciſſimoꝝ dierum tẽpus poterit qlibet facere id qd̃ Cyneas fecit qui miſſus a Pyrro legatus ad Romanos poſtero die nouus hõ ⁊ Senatũ ⁊ oẽm vrbanã circũfuſam ſenatui plebẽ nominibus ſuis ꝑſalutauit. Sine hac arte Cicero nomẽ ſuũ adeo inſigne nõ reddidit vt a pleriſqꝫ diſertiſſimis viris Aureũ flumẽ eloquẽtie ſit appellatus: ꝙ oĩa memoria potuit cuſtodire. Jtaqꝫ in libro de oratore gratiã ſe habere dicit Simonidi quẽ primũ ferũt artẽ memorie ꝓtuliſſe ibidẽqꝫ inertes qui memoriã imaginũ põdere dicũt obſcurari deteſtatur. Nemo enim vt ibi dicit tam hebeti memoria eſt: vt nihil a cõſuetudine ⁊ exercitatiõe adiuueẽ: imo neceſſaria eſt litterarũ ſtudioſis ſimilitudinũ ſenſibiliũ ſcd̃m hãc artẽ excogitatio. Cuius b. Tho. in .ij. ſecũde. q. xl. ix. ar. j. hãc rationẽ aſſignat. Or intẽtiones ſimplices ⁊ ſpirituales facilius ex anima elabunẽ niſi quibuſdã ſimilitudinibus corporalibus quaſi alligenẽ quia humana cognitio potẽtior eſt circa ſenſibilia.

Memoria artificioſa a Tul. ſic deſcribiẽ. Eſt quã ꝯfirmat introductio quedã ⁊ ratio preceptiõis. Ab alijs aũt ſic. Eſt diſpoſitio imaginaria rerũ ſenſibiliũ in mente ſup quas memoria naturalis reflexa cõmouetur ⁊ adiuuaẽ: vt prius apprehenſa: facilius: diſtinctius: ⁊ diutius valeat recordari. Et cõſiſtit in duobus: in locis videlicet ⁊ imaginibus. Loca in hac arte ſe habẽt vt papirus vel tabula cui res inſcribunẽ quarum memoriã habere volumus. Jmagines vero vt caracteres materiã memorandã repreſentãtes. Et ꝑſens tractatulus in tres diuidiẽ partes.

Prima pars de locis.

Loca dicunẽ que breuiter ⁊ ꝑfecte aut natura aut manu ſunt abſoluta vt facile naturali memoria retineri poſſint. Et ſunt triplicia: nam quedã ſunt maxima vt collegia monaſteria: domus ⁊ arces. Quedã maiora vt camere. Quedã minora vt parietes ⁊ anguli. Operepreciũ eſt in hac arte ꝑficere volẽti ordinare. x. loca maxima in quoꝝ qlibet. x.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

maiora ordine certo ita ꝙ ſemper fiat proceſſus verſus dextrũ ſi a prin‑
cipio incepimus. Si vero a fine fiat inceptio verſus ſiniſtrũ procedat.
Vel facilius ſcḋm Tulliũ tres poſſunt ſumi modi locoꝝ. Primus enim
eſt accipere domũ realẽ vel imaginariã in qua ſunt diuerſa ſigna vel an‑
guli diuerſi ⁊ hic modus ſatis groſſus. Tamẽ ſcḋm eundẽ in hac arte in‑
cipiẽtibus neceſſarius eſt vt a facilioribus ⁊ groſſioribus ad difficilima
facilior fiat tranſitus. Secundus modus notabilis eſt accipere diuerſa
animalia quoꝝ organica mẽbra hac in hac arte loca eſſe poſſunt. Terti⁹
eſt modus egregius ſcꝫ ſeruare Celi ſeu etiã totius vniuerſi ordinẽ.

Conditiones locorum.

¶ Prima Loca non debent eſſe nimis parua ne propter locoꝝ parui‑
tatem imagines confundant: impedit nimia paruitas locorũ maiorum:
multiplicationẽ locoꝝ minorum: nec debent eſſe nimis magna ne vage
⁊ diſtracte reddantur imagines etiã vt magis determinatũ ſit ſpacium
in quo locata ſit imago.

¶ Secunda Loca nõ debent nimiũ diſtare quia per nimiã diſtantiam
promptitudo memorie impedit. Nec debẽt eſſe nimis vicina ne fiat cõ‑
mixtio imaginum: quia ſequeretur error.

¶ Tertia vt nõ ſit lucida vel obſcura nimis: ne imagines hebetent ſi‑
ue obſcurent tenebris: aut in ſplẽdore effulgeãt: ⁊ ꝙ ſint optime nota.

¶ Quarta. Similitudo locoꝝ pre omnibus vitanda eſt vt determinate
ſciatur in quo loco res quelibet locata ſit.

¶ Quinta. Loca debent eſſe ordinata vt facile et certitudinaliter pro‑
cedatur de vno ad alium ordine recto et retrogrado ſine errore ~~verſus
dextrum procedẽdo~~.

¶ Sexta. Quintus locus debet ſignari et notari pre alijs: ſitq; vnus
quinarius diſtinctus ab alio: hec loca etiam diuturna meditatione in‑
digent vt ſic magis inprimantur. Nam ſine hoc quis parum proficeret
in hac arte.

De locorum minoꝝ multiplicatione.

¶ Quidam loca multiplicant per res diuerſas figuras habẽtes notã‑
tes in domibus aut eccleſijs optime frequẽtatis res triangulas: aut qua‑
drangulas: vt ſunt ſcamna‑altaria‑pulpita. ⁊c. ſub debito ordine diſtan‑
tia ⁊ numero. Unde ſcḋm hunc modum res triangularẽ figuram habẽs
vnũ locum denotat vt ſic △ Multipliciter vero quattuor tria ratiõe
diſpoſitionis ſue ⁊ quartũ in centro △ Sed res quadrangularem
figuram habens ſimpliciter ſumpta vnum locũ denotat vt ſic ▭
Multipliciter vero quinq;. ▭ Diuiſiue autẽ vigintiquinq; vt patet
in figura inferius deſcripta.

Alij autẽ Multiplicationẽ locoꝝ attendũt penes locorum maiorũ ſiue
camerarum varietatem accipientes in huiuſmodi cameris. iiij. angulos
pro quattuor locis. ⁊ pro quinto loco ianuam vel centrũ.

Alij in cameris modo ſupradicto notatis accipiunt parietes eo ꝙ ſunt
angulis magis viſibiles ⁊ in eis imaginant loca triangula vel qua‑
drangula prout propoſito eorum deſeruire vident: ſcḋm materie lo‑
cande diuerſitatẽ vt patet in figura ſequenti.

¶ De multiplicatiõe autem locoꝝ notande ſunt quedã regule quarũ
Prima eſt ꝙ poſſumus multiplicare vnũ locum ſcḋm oẽs differẽtias
poſitionũ videlicet ſurſum: deorſum: ante: retro: dextrũ: ⁊ ſiniſtrum.

¶ Secũda regula accipiant aĩalia diuerſa quoꝝ quodlibet animal
quinq; ꝯuenientia loca hac in arte habeat cõſiderando huiuſmodi ani‑
malia habere inter ſe rationẽ ordinis vel ſcḋm dignitatẽ: vt leo digni‑
or eſt vrſo: ⁊ Equus dignior aſino: vel ſcḋm rectũ ordinem alphabeti:
vt primũ animal incipiat ab A. ſecundũ in B. ⁊ tertium in C.

¶ Tertia regula eſt ponamus arborẽ realẽ vel imaginariã in cuius
trunco ſeptẽ ſunt rami: ⁊ in quolibet ramo eſt nidus auiũ ⁊ in quolibꝫ
nido ſunt ſeptem aues: ſcḋm ſeptem ſpecies colorum diſtincte.



Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

¶ Sed quia iſti modi non ſunt hic principaliter intenti: ſed ſolum hic poſiti ſunt: vt ſi cui placeant eis vti non ignoꝛet. Ideo ſequit nunc liber mentalis in quo loca aptiſſime oꝛdinari ⁊ multiplicari oſtenduntur.

o a Abbas
o e Eques
A o i Illuminatoꝛ
o o Organiſta
o v Armarius
o ba Barbitonſoꝛ
o be Begutta
B o bi Bibulus
o bo Bouicida
o bu Burgimagiſter
o ca Cantrifuſoꝛ
o ce Ceſar
C o ci Cingulatoꝛ
o co Computiſta
o cu Cultellifex
o da Dapifer
o de Deceptoꝛ
D o di Diſcolus
o do Domificatoꝛ
o du Ducillatoꝛ
o fa Faber
o fe Feneratoꝛ
F o fi Figulus
o fo Focarius
o fu Funifex
o ga Galactofagus
o ge Gemmarius
G o gi Gimnoſophiſta
o go Goiardus
o gu Gurdus
o ha Hamiota
o he Heremita
H o hi Hipocras
o ho Horoſcopus
o hu Humatoꝛ
o ka Kampanatoꝛ c
K o ke Kreticus c
o ki Kribatoꝛ

o ko Kophinarius c
o ku Kupidinarius c
o la Lathomus
o le Leno
L o li Lictoꝛ
o lo Loꝛinatoꝛ
o lu Lutiniſta
o ma Mango
o me Mendicus
M o mi Mirocopus
o mo Molendinatoꝛ
o mu Muratoꝛ
o na Nauta
o ne Necromanticus
N o ni Nictoꝛ
o no Notarius
o nu Nummularius
o pa Pannicida
o pe Pellifex
P o pi Pictoꝛ
o po Poeta
o pu Pugillatoꝛ
o qua Quadrigarius
o que Queſtiarius
Q o qui Quirinus
o quo Quolopifex c
o quu Quurſoꝛ c
o ra Raptoꝛ
o re Rex
R o ri Riſtarius
o ro Rotarius
o ru Ruricola
o ſa Sartoꝛ
o ſe Seratoꝛ
S o ſi Siluanus
o ſo Somniatoꝛ
o ſu Subtractoꝛ

o ta Taxillatoꝛ
o te Textoꝛ
T o ti Tinctoꝛ
o to Toꝛnatoꝛ
o tu Tubicen
o va Vaginarius
o ve Venatoꝛ
V o vi Vinatoꝛ
o vo Volipiſcus
o vu Vulgatoꝛ
o wa walneatoꝛ b
w o we wephꝛotoſita
o wi wiliatoꝛ p

o wo wotarius p
o wu wurſarius p
o xa Xaccularius ſ
o xe Xenodocharius
X o xi Xiſtitus
o xo Xotularifex
o xu Xubulcu ſ
o za Zauceps
o ze Zelates
Z o zi Zimarus
o zo Zoilus
o zu Zucceutoꝛ

In hoc libꝛo mentali quattuoꝛ ponuntur per que quattuoꝛ in hac parte neceſſaria innuuntur.

¶ Primo enim in hac arte decē loca maxima habere neceſſe eſt quodq; in quolibet decem loca maioꝛa oꝛdinētur: vt etiā ſupra patuit quoꝝ numerū ſiue quotiditatē nos ſcire opoꝛtet: ergo primo ponūtur littere capitales quarū quelibet certo numero adaptata eſt.

¶ Secūdo. Perſone note eligēde ſunt vt de noti noticia ad ignotū aliquod deueniamus quod memoꝛari cupimus: perſona enim nota ſemꝑ in hac arte aliquid operetur cum re memoꝛāda: aut res memoꝛāda cū perſona nota aut inſtrumēto: aut cum materia circa quā verſatur.

¶ Tertio. Loca prius electa oꝛdinē infallibilē inter ſe habere debēt ergo hic tertio loco ponūtur ſyllabe que certo ſe oꝛdine ſequūtur quarum quelibet vni loco maioꝛi ſiue camere coꝛreſpōdet: ⁊ ſic tā certus erit oꝛdo locoꝛum ꝗ certus eſt oꝛdo ſyllabarum.

¶ Quarto. In hoc libꝛo mentali ponuntur nomina officioꝝ: et artificioꝛum per que fit multiplicatio ⁊ diſtinctio locoꝝ: ſicut per ſyllabas eoꝛum oꝛdo notatur.

Vlterius eſt ſciendum

Qꝫ in primo angulo cuiuſlibet loci maioꝛis ponēda eſt ſcdm conſiderationem noſtrā vna perſona nota habens officium vel artificium: vt in primo angulo prime camere ponemus Abbatē nobis notum: ſi aūt nō eſt nobis aliquis verus Abbas notus tunc illud officiū attribuendum eſt alicui homini noto ⁊ illum dicemus eſſe abbatē noſtrū. Et in primo angulo ſecūde camere conſtituatur Eques nobis notus ſi fuerit nobis aliquis Eques notus: aut aliquis alius quem volumus eſſe Equitem noſtrum ſi veri equitis noticiam nō habuerimus. In primo angulo tertie camere Illuminatoꝛem nobis notum determinabimus. Et ſic conſequenter ſecundum oꝛdinem libꝛi mentalis.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

¶ Poſt hoc in qualibet perſona nota diſtinguenda ſunt quinqꝫ loca
naturaliter ordinata per modū corone vel circuli ſecundū quinqꝫ or-
gana principalia procedēdo a capite ad manum ſiniſtrā deinde ad pe-
dem ſiniſtrū. Poſt hoc ad pedem dextrū ⁊ ad manū dextrā. Et debet
quodlibet illoꝝ membroꝝ ſpecificari per inſtrumentū ſui officij ſiue ar-
tificij aut per materiā circa quā verſatur. Alios aūt tres angulos non
ſpecificatos: relinque quouſqꝫ maiori copia locorum indigueris. Quia
tunc perſone note in qualibet camera addere potes quattuor aut qn-
qꝫ perſonas notas. Iuxta illud. Singulis in artificijs coniūgere pro-
uidebis viro. Ad coſtam filium filiam auum auiamqꝫ hoc ordine: vt in
ſecūdo angulo cuiuſlibet camere determinet̄ vxor perſone principalis
In tertio filius. In quarto filia. In medio vero ſiue centro auus. Et
ſi adhuc p̄ter hec aliquis locus notabilis ſe offert in illo determinet̄
auia ⁊ ſic in toto erunt quingēte aut ſexcente perſone note. Et conari
debes quālibet perſonā notā ſpecificare quinqꝫ inſtrumētis ſicut pri-
mam ⁊ principalē. Inſtrumēta etiā ſi nō fuerint nimis parua p̄nt iterū
ſubdiuidi in quinqꝫ ſcd̄m modū prius poſitū de triangulis ⁊ quadran-
gulis ⁊ ſic tot loca habere potes quot tuo vſui ſufficiūt: vltime tamē
multiplicationes nō deſeruiunt niſi iam in arte aliqualiter perfectis.
Incipiētes vero cōtentari debent vna perſona nota in qualibet came-
ra cū ſuis ſpecificationibus quouſqꝫ magis exercitati fuerint.

Iſta eſt ſecunda pars iſtius tracta-
tuli: in qua determinatur de imaginibus.

Imagines ſunt forme quedā ⁊ note eius rei quā meminiſſe vo-
lumus. Et ſunt duplices qꝛ quedā ſunt dictionū: ⁊ quedā ſenten-
tiarū. Imagines dictionū dicunt̄ qn̄ vnaqueqꝫ dictio figurat̄ vna ſpe-
ciali imagine. Imagines vero ſententiarū dicunt̄ cū aliquā rem geſtā
aut orationē ex pluribus dictōibus cōpoſitā vna ſimplici imagine aut
ex pluribus aggregata notamꝰ. Harꝫ noticia facile haberi pōt cū p̄mo
quinqꝫ modi locādi ponant̄ ꝑ quos termini qualeſcūqꝫ fuerint locari
p̄nt: ⁊ cum ſecūdo illi ad orationū: argumentoꝝ: carminū: ſiue metroꝝ
autoritatū: hyſtoriarū ⁊ ſermonū locationem applicabunt̄.

Conditiones Imaginum.

¶ Prima. Omnis imago debet eſſe Mirabilis: delectabilis: ridicu-
loſa: crudelis: aut alia notabili paſſiōe affecta: quia tales plus mouēt
memorantē ⁊ fortius imprimuntur.
¶ Secūda imagines nō debent eſſe ocioſe. Nam he que exercitio ca-
rent parum vel nihil excitant materiā memorandā. Etiam cōſideran-
tes motum aut exercitiū imaginum ducimur in notitiam earundem: et
ex cōſequenti in rem memorandā.
¶ Tertia. Imagines debēt eſſe ꝓprie: ita vt cōuenienter rem memo-
randam repreſentēt: nō enim res memorāda per quālibet aliam repſen-
tari poteſt. Si ergo imago aliqn̄ nō prompte nos reminiſci facit rei in-
tente reſtringere eam debemus aut fortiter cogitādo de propoſito: aut
aliquid addēdo gratia cuius facilius ꝓpoſiti noſtri valeamus reminiſci.
¶ Quarta. Imagines debent ſepius repeti vt ſic firmius imprimant̄.
Debilitas enim impreſſionis impedit memoriā. Et ideo imagines inuē-
te ſunt vt res memorāde per eas fortius imprimātur ſicut loca propter
ordinem. cum ergo ad finem quinarij perueneris repete in eo locata: et
cum ad denarium perueneris ambos quinarios repete.
¶ Quinta. Non debent eſſe multe imagines in vno loco: quia vna pre
alia occurreret ⁊ generaret confuſionem: poſſunt tamen in vno loco cō-
ſtitui multe imagines vnam rem ſignificātes: vt pro bello plures homi-
nes bellantes. Si autem materia locata amplius vti nolueris: imagina-
re pānum rubeum trahi per cameras ⁊ delere omnes imagines locatas
⁊ non repetite pereunt.

Tertia pars eſt de practica artis.

Pro qua ſciendū eſt. Qꝛ omnis materia memorāda locatur: aut ꝑ
ſimilitudinē: aut per comparationē: aut per figmentū: aut per in-
ſcriptionem: aut colligantiā: aut locatur mixtim per hec.

De Similitudine.

Per ſimilitudinem dictio aliqua locatur cum pro ea imaginem ſiue
idolum in loco certo conſtituimus. Et eſt aduertendum ꝙ omnis
dictio vel eſt nota: vel ignota. Si ignota locatur per figmentum vel in-
ſcriptionē. Si nota aut ſignificat rem viſibilem aut inuiſibilem. Si ſe-
cundo locatur per figmentū aut per inſcriptionem aliquādo etiam per
comparationē vt iuſtitia. Sed ſi ſignificat rem viſibilem hoc etiam eſt
dupliciter: quia vel ſignificat ſubſtantiā vel accidens. Si accidens tūc
locatur per ſubiectū ſuum principalius vt albedo per niuem- lilium- vel
cretam. nigredo per coruum: picem autē carbonem. Si autem ſignificat
ſubſtantiā viſibilem ⁊ hoc contingit dupliciter. Quia vel ſignificat ſub-
ſtantiam inanimatam vt lapis ſecuris: tunc perſona nota faciet aliquid
cum tali ſubſtantia aut aliquis alius in ordine ad inſtrumentū vel per-
ſonam notam geſtu mirabili aut crudeli vel delectabili. Vel ſignificat
ſubſtantiam viſibilem Animatam et talis poteſt etiam eſſe duplex: quia
vel eſt nomen cōmune vel proprium. Si eſt nomen cōmune tunc imagi-
nare rem ſignificatam per ipſam agere aliquid cum perſona nota aut in-
ſtrumento aut pati. S. eſt nomen propriū hoc contingit locari duplici-
ter. Vno modo accipiēdo aliquē hominem notum illo nomine appella-
tum qui operetur aliquid cum perſona nota vel inſtrumēto. Alio modo
per ſignum quo imago ſancti iſtius nominis ſpecificari ſolet et ſic Pe-
trus locatur per clauem. Paulus per gladium. Joannes per calicem.
Catherina per rotam.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

De comparatione.

COmparatio in ꝓpoſito fieri dicit̃ quãdo vnam rem locamus per
aliam ꝓpter habitudinẽ quã habẽt adinuicẽ ſicut cauſa ⁊ ſuus effe
ctus oppoſita.⁊c̃. Juxta illud Cauſa vel oppoſitũ ſimul inſtrumẽta vel
actus.Cõſimilis facient te meminiſſe rei.de cauſa hoc indubitabile exi-
ſtimat̃ cum oĩs noticia vera ⁊ neceſſaria in primis ſit per cauſam ſcd̃m
ſententiã philoſophi primo poſteriorꝫ.Exemplum vt cauſam felicitatis
dicimus ſidus Veneris:ſi Mathematicis credendũ eſt:ergo ſidus Ve-
neris apte locatur aut conſtellatio.

¶ Effectus etiam nõ immerito ſue cauſe reminiſci facit cũ a poſteriori
⁊ quo ad nos ſit notior. Igit̃ panis in piſtoris:⁊ calceus in ſutoris nos
memoriã ducit.Sic bonitas ⁊ defectus hec in cauſa indicãt.

¶ Unum oppoſitorum etiã alterius poteſt eſſe reminiſcẽdi principiũ
propter habitudinẽ inter ea. Aut cum vnum per ironiam prolatũ fuerit
ſignificat alterũ.Sic pernitioſum valde probum appellamus:⁊ nigrum
valde album.

¶ Inſtrumentũ quoqꝫ in eius cuius eſt memoriã ducit:vt penna ſcri-
ptoris:equitatis libra:⁊ circulus aſtronomie.

¶ Actus quia per ſe fieri nõ poteſt agentis ꝯuenienter reminiſci facit
vt ſi ſcribere aliquẽ ſcimus de eo qui ſit ſcribens cõuenienter cogitabi-
mus.Etiam quia diuerſi actus diuerſis conueniũt vt arare agricole.do
cere erudito:⁊ ſic de alijs.

¶ Simile.Unum aliud ſuccurrere facit:vt cum aliquis cogitauerit de
Horatio:facile ſuccurrit Uirgilius.

¶ Habitus:quia diuerſarũ perſonarꝫ.dignitatũ.officiorum: varij ſunt:
varias nobis perſonas:dignitates:⁊ officia indicabunt. Nationes etiã
nonnunqꝫ diuerſas.

¶ Penes equalitatẽ ⁊ exceſſum vnã rem alteri cõparare nõ erit inuti-
le vt maior Gigante,minor Gnano : et pigrior aſino.

¶ Loca diuerſa:quia diuerſis abundant varijſqꝫ inſignijs dotata ſunt
facile per hec poſſunt memorari.

De Figmento.

FIgmentũ in propoſito dicimus cũ rei memorãde nõ facile ſimili-
tudinẽ propriã nec cõparationem conuenientẽ habere poſſumus
ad ſimilitudinẽ vocalem nos conuertimus ⁊ per hunc modũ locare poſ-
ſumus dictiones tam notas qꝫ ignotas tam grecas qꝫ barbaras quarũ
ſolam vocẽ notamus partes indeclinabiles vt quoniã:vel niſi : ⁊ verba
ſignificãtia actum nullo ſenſu exteriori perceptibilẽ:vt ſum volo intel-
ligo:tales enim dictiones per ſe locari nõ poſſunt:ſed per notas dictio-
nes res viſibiles ſignificãtes.Et fit tripliciter.

¶ Primo.Reſpectu dictionis vt qñ pro dictiõe ignota vel ſignificãte
rem inuiſibilẽ locamus aliã dictionẽ notã ſignificantẽ rem viſibilẽ que
eſt ſimilis in voce huic pro qua locat̃:vt pro palã prepone notamus pa-
lam inſtrumentum viſibile quo aliquid operamur.

¶ Secũdo.Reſpectu ſyllabe hoc fit dupliciter.Uno modo qñ dictio-
nis ignote pluriũ ſyllabarũ imaginẽ cõponimus ex ſyllabis diuerſarum
dictionũ ſignificantiũ res viſibiles:vt quãdo pro ita locamus irundinẽ
ſedentẽ in tabula tunc ex primis duabus ſyllabis illarũ dictionũ ſimul
iunctis conſtituit̃ ita que erat dictio intẽta.Alio modo qñ dictio ignota
eſt vnius ſyllabe tantũ.Aut ſi alicui daret̃ ad memorandũ ſyllaba que-
cunqꝫ fuerit:tũc accipiẽda eſt dictio nota ſignificãs rem viſibilẽ initiũ
ſumens ab eadẽ ſyllaba quã gladio aut alia re diuiſam imaginari conue
nit:vt ſi locare ſiue imaginari placuerit illã ſyllabã Cri. imaginari poſ-
ſumus Cribrum enſe diuiſum.

¶ Tertio poteſt ſumi ſimilitudo vocis reſpectu littere. Quod fit cum
pro littera locamus dictionẽ notã ſignificantẽ rem viſibilẽ cuius prima
littera eſt eadẽ cũ littera intenta:vt pro A locamus aſinũ.pro B bouẽ.
pro C ceruum vel canem.⁊c̃.Et ſi placet cogitare poſſumus principium
illius rei auferri gladio vt prius.

De Inſcriptione.

INſcriptio fit cum rei locãde nec ſimilitudinẽ nec cõparationẽ cõ-
uenientem nec ſimilitudinẽ vocalẽ inuenire poſſumus per litteras
eandem notamus.Et hoc dupliciter. Uno modo cũ terminũ lacandum
diuiſum parteſqꝫ eius ſegregatim ſcribi ſingularibus litteris imagina-
mur.Exemplũ ſi alicui ignota fuerit hec dictio ſcharamella imaginari
debet in loco quẽ ordo dederit primã eius partem puta ſchara ſcriptam
creta vel auro aut carbone.poſtea reliquã partem ſcꝫ mella ſegregatã a
priori.Alio modo per literas grecas ad inſtrumentorꝫ ſimilitudinẽ for-
matas que diuerſo ſitu:varietate ſyllabas varias nobis iudicabũt.Que
libet enim vocalis tria inſtrumenta habet ipſam deſignantia quorꝫ pri-
mum cum ſurſum vertitur aſſumit ſibi.b.ad ſiniſtrum.c.deorſum ſiue ad
terrã.d.ad dextrum vero.f.Secundũ vero ſurſum aſſumit ſibi.g.ad ſini-
ſtrum.l.deorſum.m.ad dextrũ.n.Sed tertium in altum ſignificat.p.ſibi
iungendũ ad ſiniſtrũ.r.deorſum.ſ.ad dextrũ.t.Conſonãs vero quelibet
duo habet inſtrumẽta.Quorꝫ primũ quãdo ſcd̃m conſiderationẽ noſtrã
ſurſum vertitur aſſumit ſibi.a.ad ſiniſtrũ.e.deorſum.i.ad dextrum.o.ad
medium vero ſiue ante aut retro.v. Secundũ vero conſonantis inſtru-
mentum reſeruat̃ pro conſonantiũ connextione:figuras autẽ ſiue inſtru-
menta litterarũ in fine videbis.

De Colligantia.

COlligantia que a nõnullis cathena dicitur eſt duplex. Nam vna
eſt naturalis ⁊ eſt qua facile de vno in aliud mouemur propter or
dinem vnius ad aliud. Exempli gratia:vt Terra:aqua:aer:ignis.Horũ
enim quiſqꝫ facile reminiſci poteſt ſi cõſiderauerit ea hũc ordinem na-
ture obtinere.Alia eſt artificialis ⁊ eſt cum ſcd̃m noſtram cõſideratio-
nem vna imago ſe exercet cum alia : vt Petrus:flagellũ:canis:porcus:

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

ceruiſia-vermes-arena. Si horum memoriam habere volumus imagina bimur Petrum flagello cedere: canem qui dolore concitatus porcum mordet: porcus vero euadere cupiens ceruiſiam euertit in cuius immo vermes ſunt procreati: qui arena teguntur ne appareant propter eorũ feditatem.

De locatione Orationum.

COgnita bene terminorum locatione in varietate ſua diſtinctorum haud difficile erit oratiões locare. Nam omnis oratio ſaltem perfecta ex duabus partibus orationis cõſtituitur principaliter ex nomine videlicet ⁊ verbo: ⁊ prius doctum eſt imagines ſine ocio locandas primum ſuppoſitum ſiue ſubiectum locabimus modo ſuperius oſtenſo. Cum autem rem ſignificatam per ipſum agere aliquid aut pati aut circa ipſum aliquid fieri conſiderauerimus perfectam orationem eſſe locatã non dubitabimus reliqua in oratione poſita determinationes horum ſunt ergo relata ad hec facile nobis occurrẽt. Bonum tamen eſt quemque primo in terminis ſe exercitare ne rem facilem difficilem reddat ſiue faciat.

De argumentorũ locatione.

ARgumentationis potiſſima ſpecies eſt Syllogiſmus. Eius igitur locatione bene cognita facile quãlibet ſpeciem argumentationis locare conſtabit. Syllogiſmus autem cõnumerata concluſione ex tribus propoſitionibus conſtituitur ſi propoſitio accipiatur cõmuniter. Syllogiſticum igitur argumentũ quidã ſic locãdum exiſtimãt: vt maior propoſitio in dextra manu notetur: minor in pectore aut in capite: ⁊ concluſio in ſiniſtra manu. Sed quia maior ꝓpoſitio eſt virtute totus ſyllogiſmus co ſubſumpta minore extremitate habentur termini ex quibus totus cõſtituitur ſyllogiſmus. Igitur ſuccinctior videtur argumẽti locatio ſi maiorem propoſitionẽ locauerimus ſub ea notantes ſi difficultas apparuerit minorem extremitatem.

De carminibus ſeu Metris.

CArmina quia de ſe memoriã adiuuant notata prima dictiõe facile memoria poſſunt cõprehendi ⁊ ſi qua preter hanc difficultas apparuerit addi poſſunt ſimilitudines harum dictionũ duntaxat que maiorem difficultatẽ generant. Aut notetur ſententia carminis per vnam imaginem: ex pluribus tamẽ aggregatam pro reliquo. Exempli gratia. Pauca licet portes argenti vaſcula puri Nocte iter ingreſſus gladium contumque timebis. Et mote ad lunam trebeſabis arundinis vmbram. Cantabat vacuus coram latrone viator. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pene. Neue puellarum lachrymis mouearе memento. Ut flerent oculos erudiere ſuos. Dulcis amica veni noctis ſolatia preſtans.

De Autoritatibus ⁊ allegationibus

In allegãdis autoritatibus capita dictionũ videlicet littere vel ſyllabe per ſe poſite nomina Autorum...

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

ceruiſia-vermes-arena. Si borum memoriam habere volumus imagina bimur Petrum flagello cedere: canem qui dolore concitatus porcum mordet: porcus vero euadere cupiens ceruiſiam euertit in cuius immo vermes ſunt procreati: qui arena teguntur feditatem.

De locatione O[rationis]

Cognita bene terminorum locatione haud difficile erit orationes locare. [...] fecta ex duabus partibus orationis cõſtitu[...] videlicet ⁊ verbo: ⁊ prius doctum eſt imag[...] mum ſuppoſitum ſiue ſubiectum locabim[...] Cum autem rem ſignificatam per ipſum ag[...] ipſum aliquid fieri conſideraverimus perfe[...] non dubitabimus reliqua in oratione poſi[...] ſunt ergo relata ad hec facile nobis occurr[...] q̃ primo in terminis ſe exercitare ne rem f[...] faciat.

De argumentorũ

Argumentationis potiſſima ſpecies locatione bene cognita facile qualit[...] locare conſtabit. Syllogiſmus autem cõnu[...] propoſitionibus conſtituit̃ ſi propoſitio ac[...] cum igitur argumentũ quidã ſic locãdum [...] in dextra manu notetur: minor in pectore [...] niſtra manu. Sed quia maior ꝓpoſitio eſt [...] q̃ ſubſumpta minore extremitate habentur [...] ſtituitur ſyllogiſmus. Igitur ſuccinctior vi[...] iorem propoſitionẽ locaverimus ſub ea ne[...] erit minorem extremitatem.

De carminibus ſe[...]

Carmina quia de ſe memoriã adiuuar[...] memoria poſſunt cõprehendi ⁊ ſi qua[...] paruerit addi poſſunt ſimilitudines harum [...] iorem difficultatẽ generant. Aut notetur ſe[...] imaginem: ex pluribus tamẽ aggregatam p[...] Pauca licet portes argenti vaſcula puri [...] contumq̃ timebis. Et mote ad lunam tre[...] Cantabat vacuus coram latrone viator. O[...] tis amore. Oderunt peccare mali formidin[...] chrymis moueare memento. Ut flerent oc[...] amica veni noctis ſolatia preſſans.

Notanda circa loco [...]

[...] accidentalis [...]

locanda ordo [...]

Quitq loci [...]

quinti [...]

De Autoritatibus ⁊ allegationibus

In allegãdis autoritatibus capita dictionũ videlicet littere vel ſylla- be per ſe poſite nomina Autor[...]

Primo [...]

Scdo [...]

Tercio [...]

Condiciones imaginum et imaginum qualitates

[...] condicionis [...]

[...] condicionis [...]

Imagines sunt sepius repeti [...]

Optima delecto [...] locare [...] repetere [...]

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

ceruiſia·vermes·arena.Si horum memoriam habere volumus imagina
bimur Petrum flagello cedere: canem qui dolore concitatus porcum
mordet: porcus vero euadere cupiens ceruiſiam euertit in cuius immo

De Autoritatibus ⁊ allegationibus

In allegādis autoritatibus capita dictionū videlicet littere vel ſylla-be per ſe poſite nomina Autorum ⁊ libroꝝ repreſentabūt.Exemplū.

A	Ambroſius	L	Lucas
B	Bernhardus	M	Marcus
C	Corinthiorum	N	Numeri
D	Deutronomij	O	Omelia
E	Ezechielis	P	Prouerbiorum
E	Eccleſiaſtes	R	Regum
G	Geneſis	R	Romanos
G	Gregorius		
H	Heſter	S	Sapientie
I	Joannes	T	Trenorum
K	Kriſoſtomus	Y	Yſaie

¶ Quotitas vero librorum:queſtionū : diſtinctionū:⁊ capituloꝝ:per res numeri formam habentes notabitur.

Sed quia locare nomina ꝓpria nō eſt difficile:couenīens eſt nomina autorū locare eo modo quo ſupra doctū eſt de nominibus ꝓprijs propter libroꝝ:capituloꝝ:queſtionū:⁊ diſtinctionū: faciliorē applicationez.Dictū aūt autoris locari debet ꝑ imaginē ſentētie cōpoſitā ex pluribus imaginibus que ſenſum autoritatis nobis couenienter repſentabit. Aut excogitandū eſt negocium in quo autoritas poſſit couenienter allegari.Exemplū.Auguſtinus de trinitate libro.iij.cap.v.ſic locat Pone Auguſtinū tibi notum in loco quē ordo dederit habentē tripedem in capite et in manu ſiniſtra librū aut cartam in qua ſit ſerpens. In manu vero dextra aut pedem ſiniſtrū habeat cornu erectū in quo ſtet baculus quinarij formā habēs.Si vero hunc titulū locare placuerit de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. Pone in loco ſummā frumēti ⁊ tripedem aureum cui alligata ſit fidis ex vna parte ⁊ ex altera parte cattus.In alijs autem agatur ſimiliter.

De Hiſtoriarum locatione.

¶ Hiſtorias locare volens caueat ne ſingula verba notet.Nam hoc magis difficile eſt ꝙ̄ vtile. Volēs igit̄ hiſtoriā locare ſemel aut bis eā curſim legat notando ſingula pūcta principalia in quibus hiſtorie vis conſiſtit in totq; partes eam diuidat ⁊ quālibet partem per vnā imaginem ſentētie locet que aliquādo ex vna ꝓpoſitione aliquādo ex pluribus cōſtabit ſub vna tamē cōcluſione cōprehēſis.

¶ Pro exemplo ſumatur hiſtoria de ſancta Marina virgine que in legendis ſanctorū habetur.Et videtur hec legenda diuidenda in duodecim partes.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

¶ Prima. Pater mutauit habitum filie ſue rogās Abbatē ⁊ fratres
vt filiū eius vnicū reciperēt. Qui ꝓpter preces patris in Monachū
receptus ⁊ frater marinus ab oibus appellatus ſiue nūcupatus eſt.
¶ Secunda. Cum autē eſſet viginti ſeptem annoꝝ ⁊ pater ſentiret ſe
morti appropinquare filiam ſuā in bono propoſito cōfirmauit: prece-
pitqꝫ ne alicui ꝙ mulier eſſe reuelaret.
¶ Tertia. Hic ibat frequenter cum Plauſtro et bobus: et ligna mo-
naſterio afferebat.
¶ Quarta. Cōſueuerat autem hoſpitari in domo cuiuſdam viri cuius
filia cum de quodam Milite concepiſſet: interrogata a fratre Mari-
no ſe violatam aſſeruit.
¶ Quinta. Interrogatus Marinus cur tātum flagitium perpetraſ-
ſet ſe peccaſſe fatetur ⁊ veniam precatur.
¶ Sexta. Statim de monaſterio eiectus eſt ad hoſtium monaſterij et
manſit ibi tribus annis ⁊ ſuſtentabatur buccella panis.
¶ Septima. Poſtea filius ablactatus Abbati mittitur ⁊ Marino
educandus traditur: omnia autem in magna paciētia recipiebat et in
omnibus deo gratias agebat.
¶ Octaua. Tandem ſue pacientie Fratres miſerti eum in monaſte-
rium receperunt: ⁊ vilia officia iniungunt.
¶ Nona. Demum in bonis operibus vitam ſuam finiens migrauit
ad dn̄m.
¶ Decima. Cum autem corpus eius lauaretur reſpiciētes eum eſſe
mulierem ſtupefacti oēs veniam poſtulabāt ignorātie ⁊ delicti.
¶ Undecima. Corpus eius honorifice ſepelierunt.
¶ Duodecima. Diffamatrix famule dei arripiebat a demone ſcelus
ſuum confidens ⁊ ad ſepulchrum veniens liberatur. Et multa alia mi-
racula fiunt ibidem.

De ſermonum locatione.

¶ Sermo locādus ſimiliter diuidi poteſt per plura aut per pauciora
puncta ſcd̄m ꝙ predicatori placuerit ⁊ locare per ordinem ita ꝙ ma-
neant loca circa quodlibet punctum pro autoritatibus . rationibus: ⁊
cōſimilibus adducēdis. Etiam debet dilatare predicator quodlibet pū
ctum pro poſſe ſuo ⁊ ſecundū exigentiam materie. Iam reph̄endendo
preſentiū vitia. Iam terrendo pena inferni. Et attrahendo per gloriā
paradiſi et ceteris modis materiam declarando. Si vero quis non fu
erit copioſus in materia aſſumpta videat vt quodlibet membrum diui
dere poſſit.
Uel ſic. Uolens facere ſermonē. Locet primo verba thematis ad prin
cipium quinarij. Deductionē vero ſiue declarationē eiuſdē ⁊ allegati-
ones ad loca eiuſdem quinarij: quo facto diuidat intentionem ſuam ⁊

quodlibet membrū diuiſionis iſtius locet ad principiū vnius quinarij
ſcd̄m ordinē ⁊ ſic patebūt loca pro autoritatibus adducēdis: ⁊ pro ꝗli-
bet membro ſubdiuidēdo. Facilimus enim modus procedēdi eſt per
diuiſionē. Iuxta illud: vt pleriqꝫ volunt tribus diuiſio valet. Legētis
animum citat mentem quoqꝫ probat. Dat plenius capere: dat plenius
atqꝫ videre. Firmius ac gerere dat tibi diuidere.

Circa finem huius opuſculi eſt ſcien-

dum ꝙ ſicut ſuperius poſite ſunt quedam conditiones obſeruāde cir-
ca loca ⁊ imagines. Sic quoqꝫ neceſſarie videnꝰ quedam conditiones
cōcernentes ipſum memorantem.
¶ Prima ꝙ hac arte nō eſt vtendū in ſtudio quottidiano ſic vt ſingu
la que legerit per artem velit memorie tradere ſed potiſſimū in ſtudijs
difficilibus ⁊ neceſſarijs vt in diſputatiōibus: reſpōſionibus in cauſis
forenſibus ⁊ cōtionibus. Poteſt tn̄ aliquis effectū certi libri ſucceſſiu
tēpis memorie cōmendare ⁊ tunc requiritur vt primo materiā ſtudeat
bene intelligere quia ſic facilius poſſumus effectū materie extrahere:
⁊ ad ſummā breuem deducere qua ſcita reliqua patent.
¶ Secunda. Ad vtendū hac arte requiritur vacatio ne per occupati-
onem exteriorum virtus naturalis diſtrahaꝰ.
¶ Tertia ꝙ memorans debet eſſe manſuetus: ne turbetur per iram
aut per impacientiam.
¶ Quarta ꝙ debet eſſe ſobrius ne per ebrietatē virtus naturalis ſuf-
focetur: ne etiā ſic ſenſus interiores ſupfluis humoribus impleanꝰ.
¶ Quinta ꝙ potius memorari debet matutino tēpore propter ſilenti
um. Etiam tunc animus liber eſt ab occupationibus extraneis.

Quoniam autem memoria principi

um habet a natura ſicut complementū ab arte dignū duxi aliqua adde
re ex doctiſſimoꝝ ſcriptis que naturalia cōfirmant atqꝫ hominē aptio
rem arti reddūt. In primis cōdecere puto ea que Matheolus medici-
narum doctor peritiſſimus quinqꝫ regulis complexus eſt.
¶ Prima regula eſt: ꝙ corpus teneaꝰ mundū a ſupfluitatibus. Unde
quottidie ſit ventris beneficium ⁊ ſi nō naturale fiat artificiale. Uina
magna fugiantur: immo vtile eſt ſi quis vult habere bonā memoriam
vt aliquot dies abſtineat a vino ⁊ loco eius aqua vtatur ſuccari vitet
cacerumiam ſicut allea et huiuſmodi: et legumina omnia. Superui-
tet ⁊ coitum ſuperfluū: ⁊ carnes facilis digeſtionis cōmedat Acetum
⁊ acetoſa cepe etiam maxime nocet vt dicit Auicenna.
¶ Secūda regula eſt. Bugloſſa ⁊ zinziber ſunt optima memorie quo-
mōlibet adminiſtrata: ⁊ maxime zinziber conditum bis in hebdomada
aut ter ieiuno ſtomacho ad quantitatē vnius caſtanee de mane captū.
¶ Tertia regula eſt. Mirabolani cōditi optimi ſcꝫ ſemel in hebdomo
da ſumere vnū Simbrū: eſt ſpecies mēte ſcd̄m Auicennā eſt optimū.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

¶ Quarta regula eſt. Confectio anacardina ad quantitatē Ciceris ſumpta in hebdomada ſemel in aurora confert mirabiliter. Similiter Diambra ſecundum Auicennam.
¶ Quinta regula eſt. Oleum philoſophoꝝ ſcđm Meſue mirabiliter cōfert occipitio iniuncto ex eo reparat memoriā hec ille. Nihil etiam ſalutarius tiriaca in fouendis cōſeruandiſq; tum ſingulis membris ⁊ viribus: tum ſpiritibus atq; ingenio. Matheolus vicinus omniū medicorum ſentētia cōprobat. Huius igitur in primis vti ꝯuenit dragma dimedia aut ſaltē dragme tertia parte bis qualibet hebdomada Hyeme et Autumno. Sed Eſtate atq; Uere ſemel: vel ſola: vel ſi placet humidis frigidiſq; temporibus cum pauculo mero claro ſuaui. Tēporibus vero calidis ſicciſq; pſertim ſi natura vel etas ſit calidior cum aque Roſacee duabus vnceis aut tribus ſtomacho ſcʒ vacuo ſex vel ſeptem horis ante cibum. Hec quiſq; diligens huius artis obſeruator in finem bonum optimūq; ſtudeat applicare: cui non deerit dire ctio creatoris et patrociniū chriſtifere glorioſe virginis Marie intercessio ſanctorum omnium quibus nos ſociare dignetur qui in ſecula ſeculorum eſt benedictus. Amen.

Tractatulus artificioſe memorie finit feliciter. Impreſſus Vienne per Hieronymū Victorē ⁊ Joannē Singrenū. Impēſis vero venerabilis Magiſtri Joannis Cuſani. eiuſdem artis pfeſſoris. Anno dñi Milleſimo quingenteſimo decimoquarto. Die. xxij. MARTII.

L D O M

[illegible] vocali[illegible] signa [illegible] videntur [illegible] quilibet vocalis signum [illegible] immediate sillabicaturi [illegible] consonantibus [illegible] B C D F [illegible] G L M N [illegible] P Q R S T [illegible] faciunt sillabas [illegible] vocalis signum [illegible] [illegible] signa [illegible] sillabis [illegible] signo [illegible] consonantis [illegible] si ab ultimis [illegible] ultimo signo [illegible] consonans [illegible] duo signa [illegible] videntur [illegible] quilibet consonantis signum mediante [illegible] immediate sillabicaturi [illegible] vocalibus [illegible] et faciunt sillabas [illegible] consonantes [illegible] potens [illegible] sillabis [illegible] signis [illegible] consonantis [illegible] de similibus [illegible]

Hermannus Trebelius Notianus
Poeta Laureatus ⁊ LL. imperialiū Candidatus. Lectori.

Paucis te petit et cupit Poeta:
Lector candide candida et iuuentus:
Donec legeris et parum reuoluas
Paucos hendecaſillabos eunte
Conſcriptos calamo et nihil morante:
Cuſanus meus e ſinu Mineruae
Raptum: Pieridum ſacrarioq;:
Jamdudum tibi dedicat libellum:
Quem ne pretereas caueto prudens
Hoc nam Simonides: Solon ue Clarius
Perlecto: poteris tenax vel eſſe
Cyrus: vel Cicero vel Hadrianus:
Legatus Cyneaſq;: Scipioq;:
Magno cum Mithridate Caeſaremq;
Longe vincere: teq; per virorum
Haud ignobilis eruditiorum
Coetus mittere: candidamq; famam
Diuina tibi comparare ab arte.
Sed ne te nimium morer legentem:
His lectis abeas valeq; lector.
TELOS

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

In artis memoratiue detractorem
Hermannus Buſchius hec cecinit.

Inuide ne latres linguam cõpeſce furentem.
Nec nimium rabidis garrulus eſto labris
Aut pete tartareas (ſuperis incognitus) vmbrae
Et Plegeronteos labere aduſqȝ lacus
Atqȝ illic potius lites et iurgia miſce
Et viuis pacem concubitare ſine